Ducatus Lituaniæ, quemadmodum in literis, inscriptionibus et obligationibus mutuis et descriptis plenè realiter et in effectu, cum omnibus fratribus meis Nobilibus, et alijs incolis Dominatus Ultradunen Livoniæ à quibus huc missus sum tenebo et observabo in omnibus punctis et articulis, quemadmodum in illis literis utro utroque inter Dominos Polonos, et Lituanos datos continetur, et pro posse meo semper curabo, omnemque dabo operam cum fratribus meis a quibus huc missus sum ut hoc commune nostrum cum inclyti Regni Poloniæ et magni ducatus Lituaniæ ordinibus unionis vinculum firmum et inviolabile perpetuis temporibus maneat. Ita me DEUS adjuvet et hoc sanctum Evangelium.